



# BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2009

Concepteur : ESSEC

76 LA

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

CCIP\_LV2

## DEUXIÈME LANGUE

### VERSION LATINE

Durée : 3 heures

Lundi 4 mai de 14h à 17h

Il n'y a pas d'amitié sans partage

Sénèque écrit à son ami qui lui a demandé des livres

5 Cuperem tecum communicare tam subitam mutationem mei :  
tunc amicitiae nostrae certiore fiduciam habere coepissem, illius  
uerae, quam non spes, non timor, non utilitatis suae cura diuellit,  
illius, cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi  
dabo, qui non amico, sed amicitia caruerunt: hoc non potest  
accidere, cum animos in societatem honesta cupiendi par uoluntas  
trahit. Quidni non possit? sciunt enim ipsos omnia habere  
communia, et quidem magis aduersa.

10 Concipere animo non potes quantum momenti afferre mihi  
singulos dies uideam. « Mitte, inquis, et nobis ista, quae tam  
efficacia expertus es. » Ego uero omnia in te cupio transfundere, et  
in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam: nec me ulla res  
delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sum.  
15 Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam  
nec enuntiem, reiciam: nullius boni sine socio iucunda possessio  
est. Mittam itaque ipsos tibi libros, et ne multum operae inpendas,  
dum passim profutura sectaris, inponam notas, ut ad ipsa protinus,  
quae probro et miror, accedas.

SÉNÈQUE

\* RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.

\* Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.